

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Antichristus i  
cum uariis

In iudicio uel circa iudicium has res dicimus esse uenturas, Heliam Tesbiten, fidem Iudeorum, antichristum persecuturum, Christum uenturum et iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque direptionem, mundi conflagrationem eiusdemque renouacionem. Que omnia quidem uentura esse credendum est, sed quibus modis et quo ordine uenient, magis tunc docebit rerum experientia quam nunc ad perfectum hominem intelligencia ualet consequi. Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt ordine esse uentura.

Augustinus XX. de ciuitate Dei capitulo XXX. scilicet ultimo.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

in iudicio] in iudicio (*cor. supra lin.*) C; hominem] hominum V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; XX. de ciuitate Dei] de ciuitate Dei libro XX. P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; XXX. scilicet *om.* C P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>